



## Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria IV. post Dominicam II. Quadragesimæ. 13. Christus Jacobo & Joanni ob tres præcipuè rationes petitas sedes non concedit, scilicet primò, quia erant cognati sui, in oppositum ejus, quod nos ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

SERMO XIII.  
IN FERIAM QUARTAM  
DOMINICÆ II.  
QUADRAGESIMÆ.

Diei sedant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Matth. cap. 20.

CHRISTUS Dominus in urbem Jerosolymorum abiens illusiones, flagella, crucifixionem, & probrosam mortem a Patre suo æterno, à Juda, & Hebræis sibi præparata discipulis revelata dicitur: Ecce ascendimus Jerosolymam, & Filius hominis tradetur ad illudendum, flagellandum, & crucifixionem: idque primum à Patre, & deinde à Filio suo non peperit, sed pro nobis in seipsum: Deinde à Juda, quia is qui se oportuit occidere, ut eum morti traderet; & à Hebræis: quia ut inquit Pilatus: Gens hæc iniquitates tuas exasperavit te mihi: cum hæc iniquitates, ut observat Innocentius Papa, non sunt tradidit illum ex dono, iudas pro munere, datus in sacrificium. Dum itineris mole, & per hoc dicitur transigerent, accessit Rex Salome conjux Zebedæi, duobus stipendiis, quos aquæ ac semetipsam amabat, nitentem Jacobo & Joanne: Tunc accessit ad eum filium suum Zebedæi, mota ex affectu materno; & volentis. Accessit, inquam, adorans & precibus cupida impetrare à Christo gratias, quæ in commodam & honorificentiam filiorum suorum redoundere videbantur. Antequam peteret aliquod ab eo, adoravit eum, inquit Tostatus, id est, exhibuit ceremoniam adorationis, inclinatæ caput & genua flectens. Et Dionysius Carthusianus subiungit: Quod non statim expressit, sed adorando in sinu suo se aliquid desiderare, pro more hominum politicorum, qui obsequiorum more à gratias sibi comparant: quia naturaliter quilibet homo obsequium sibi facit, honoratur namque magnum obsequium est ad concedendum quod petit, & honor exhibitus. Scribit idem

met. Et hac politica in præsentem Evangelio usa fuit sapiens Salome: Et ita mulier caute egit prius adorans, deinde petens, ut adoratio conferret aliquid ad exauditionem petitionis. Actus hos honorificentie velut dispositiones ad captandam Salvatoris benevolentiam præmisit ad hoc, ut liberaliter & benevolè in desideriorum suorum adimpletionem condescenderet, ac tandem supplicam hæc verbis proposuit: Diei id est, Fac tuum enim dixisse fecisse est, exponit Dionysius Carthusianus ib. a. 33. f. 65. l. D. ut sedant hi duo filii mei, unus ad dexteram & alius ad sinistram tuam in regno tuo, id est, fac tibi colaterales, & singulariter assidentes: At vero loco gratiosi responsi rigidam quandam obtinuit repulsam à Christo dicente: Nescitis quid petatis. Verum inquit: Cum Rex Cælorum adeo semper in concedendo munificus fuerit, ut sponte propria petita offerret, & nonnunquam alterius postulationem præveniret: quomodo nunc hanc tam civiliter propositam supplicationem recusat? Et tamen si S. Ambrosio credimus hæc Evangelica mulier, non pecunia est avida, sed gratia; imo quod plus est, Author operis imperfecti asserit, quod Nihil temporale, nihil carnale, nihil otiosum, sed solum spiritualem perfectionem postulabat. Num forte credendum erit ipsam postulasse ex motu passionis cupidam indiscretam? Nequaquam, inquit S. Hieronymus, quia petit pietatis affectu? aut habuit forte inordinatum aliquem respectum? multo minus, qui potius amantissimæ genitricis exequitur officium: Matrem considerate, matrem cogitate, ait Ambrosius. Num veto nimium audax & præsumptuosa fuit prætensiones suas

D. Amb. ibi.  
Auctor imperfecti.  
D. Hier. ib. ap. Malin.  
D. Amb.

Handwritten notes in the right margin, including the words "F. T. T. T." and "medicab" in a large, stylized script.

suas Salvatori proponendo? Minime, imo vero Chryso. eam celebrat tanquam humilem, reverentem & modestam: *Reverentia exhibita petit, ut quod petierit, sibi datur.* Et quidem tamen si nonnemo mulierem hanc alicujus vellet culpa arguere, atamen Chryso. idem defendenda mulieris hujus in se patrocinium suscipit dicens: *Sexus excusat errorem.* Et tamen mater pariter & filii veluti inconsiderati & imprudentes reprehenduntur: *Nescitis quid petatis*, quasi Dominus diceret, vanitas est si quis petat quod placet, quando id quod placet pariter offendit. Officia sunt onera, quae opprimunt potius, quam erigunt; nam quisquis ad gubernandum assumptus est, nullum ei sedendi tempus superest: atque ideo inter pericula navigat, qui ad dignitatum portum aspirat: procurando honores turbationes quaeritis, & quicquid praedictio vobis esse poterit; ac proinde in vestras praesentes condescendere petitiones, idem est, quod defatigationes per novos pensare labores, & dexteram pariter ac sinistram quam petitis vobis indulgere, est idem quod plumbum vobis auti loco porrigere. *Nescitis quid petatis.*

**Mat. 10.** Omnes haec rationes passae repulsae tanquam probae admitti possunt, veruntamen scriptores sacri alias longe convenientiores in medium adducunt, quarum tres pro praesentis discursus argumentis commodè mihi deservire poterunt. Prima est, ideo petitionem eorum hinc verbis rejectam esse. *Nescitis quid petatis*, quia *per saltum* ad illas dignitates ascendere, & in uno eodemque die a terri ad sceptrum eveli volebant, ac proinde *Nescitis quid petatis*, per quod nobis simul innuitur ad sedes dignitatum & praeminentiarum *gradatim* ascendendum esse. Secunda est, quia suo piscatoris statu acquiescere, & eo contenti esse debebant, accedendo ad proprium exercitium, non vero procurare ut sedent tanquam principes collaterales Regis caelestis, in Thronis dignitatum, atque ideo optime in illos quadrat haec repulsa: *Nescitis quid petatis.* Tertia est quia sedere volebant juxta Regem in eadem sublimitate: *Vnus ad dexteram, & alius ad sinistram*; ideoque minime obtinuerunt: *Nescitis quid petatis*; ut ad ipsum nobis instructionis loco deserviat, nec cum Deo nimis familiariter sicut frater cum fratre, sed cum metu, tremore, & reverentia ac humilitate debita agamus & conversemur. Ego interea hanc mulierem Evangelicam imitator postulando à Domino gratiae suae auxilium

& spiritum, à vobis autem silentium & attentionem:

2. *Die ut sedeant hi duo filii mei.* Et. Voluit haec mater ut filii sui à navibus ad Thronos, à retibus ad coronas, à piscibus ad principatus, à mari ad regna, ab uno extremo ad alterum sine medio transitum instituerent: *Paucis ante diebus & vena & piscandi officium, quo vitam sustentabant, deseruerunt, & jam principatus & primas sedes in temporalis regno ambulant.* Lud. Gran. ap. Tho. de Trull. ser. 4. poll. 1. Dom. Quad. Verum salus hi admodum sunt periculosi & lechiferi, si quis aiatum uno pede in miseriarum profunditate constitutus alterum subito ad regnorum sublimia contendere extollet: *Finem obtinere volebant ante peritissimum medium.* Qui motus naturae cursu valde sunt abominabiles, utpote quae per quotidianam experientiam nobis demonstrat, quod ab aetate ad hyemem autumno mediante transeat, nec non ab hyeme ad aetatem mediante vere: exercitia quae sanitati conservanda leviunt lento debent gressu inchoari, ac tam de minimum sensim ac paulatim sollicitari, donec perveniatur ad praefixum sibi terminum: *Remigium ac leviter unusquisque exerceri incipiat, donec per ejus intentionem auget paulatim, usquequo ad terminum, qui sibi conveniens videbitur, perveniat.* Ut monebat Mercurialis; qui autem lecus faceret, per ipsam experientiam comperturus esset, quantum sanitati suae praedudicaret, uti affirmavit Galenus, ap. eun. ibid. dum ait: *Nam subito ab intensis exercitiis incipere, non solum imbecillibus, sed etiam robustis corporibus summè perniciosum est.* Pari quoque ratione honores juxta leges *gradatim* sunt conferendis; maxime vero honores & dignitates praecipuae & quae magnum in se pondus & momentum continent, haec enim alicui dispensari nequeunt, nisi prius in minoribus probe fuerit exercitatus: *Ut gradatim ff de mun. & hon. Non majorem honorem, nisi prius minorem suscepit, gerere potest.* De gradu enim ad gradum necessario ascendendum est, ab infimis ad majores, à majoribus vero ad supremos. *Per gradus enim est ad ordines ascendendum:* Milites postquam sub Martis insignibus conscripti militibus se Sacramentis obtulerunt, sensim & paulatim ad arma tractandi modum instrui debent, & primo quidem docentur modum gradiendi & pallii formandi, postea instruantur ad cursum, ac demum & saltem, & sic consequenter ad alia

alia exercitia militaria descenditur : *Exercendi  
 sunt bellantes ad ascendendum gradatim & passim,  
 & sic uti, & saltem* Ut docet Egidius Co-  
 lum. 2. 1. 3. de Reg. princ. cap. 6 in Politica. Ta-  
 cito qui Principum leuitatus est actiones, dicit  
 Thero, utpote qui a genio Augusti plurimum  
 differret, nunquam operæ precium visum fuis-  
 se populis hostis, joci, & dissolutionibus con-  
 tinentis aliorum, ad idem subito ad modum  
 quædam virendi honestam, modestam, &  
 regiam traducere, ad eum ferè modum quo  
 impossibile est, ut equus aliquis præcipitauerit  
 & periculis in unico momento sistatur : *Popu-  
 lum per tot annos mollior habitum nondum au-  
 dit ad altura reverti.* Agrippina ut se à cul-  
 pis liberos perditum Nerone filium suum im-  
 petans descendere omniq; culpa carentem  
 ostendit, omnem curam & sollicitudinem  
 hanc se adhibuit, ut ostenderet Nerone ad  
 imperium acquiram per saltum ascendisse, ut-  
 pote ea dignitates summa cum industria pro-  
 curat, ut scilicet prius Consulatum Roma-  
 num adiret, ut per hunc viam sibi facilem ad  
 imperium accederet. Rossas multo tempore  
 diuitia meruit tanquam miles, postea ut  
 Comes, tandem vero velut castrorum præ-  
 ceptor, *Dei in campis, deim centurio, mox ca-  
 pi.* In prius scribit de eo Tacitus. Tameñ  
 Thero ad officia, gradus, & honores juxta  
 hunc regulam dispensandos plenariam ha-  
 bere auctoritatem, hunc tamen respectum  
 super eam cum suis nepotibus observavit,  
 ut eos semper gradatim & non aliter ascendere  
 liceret. Cum Marchio Vasti Regni Neapolita-  
 ni in bello generalis Dux esset, vehementer  
 indoluit, quod Neapolitanos ad arma tractan-  
 dos quam ad presandas militares dignita-  
 tes ascendere non posset, utpote qui prius Co-  
 lonelii quam milites, prius Generales, quam  
 Capitanei esse desideraret. Eheu! quot inveni-  
 unt, qui curam ante boves collocant, qui  
 fructus ante flores desiderant, qui prius finem  
 rei adsequi volunt, quam illius exortu fuerint  
 principum, aut qui prius per fortunam magni  
 fieri ambulant, quam ad minora pervenerint.  
*Ad minus accipienda est virtus,* ait S. Chryso-  
 stomus.

3. Impius ille nequam spiritus, excommu-  
 nicatus, rebellis & superbus Lucifer, jactan-  
 tia, ambitione, & fastu tumidus, adeo fuit  
 præsumptuosus & temerarius, ut cum ipso

met Deo concertare, eidemque nec quicquam  
 cedere, sed ei per omnia par & similis esse, ne di-  
 cam superiorem se illo existimare non dubitavit.  
 Fidem huic rei plenissimam facit Ila. Proh  
 dum ait: *In calum conscendam, super astra Dei  
 exaltabo solium meum, sedebam in monte testamenti  
 in lateribus Aquilonis: Ascendam super altitudi-  
 nem nubium, similis ero Altissimo:* at vero hic ejus  
 temerarius ausus subito castigatus fuit, siquidem  
 in ipsam usque inferni abyllum præceps actus  
 est, sine ulla spe inde unquam in æternum egre-  
 diendi, aut Dei gratiam recuperandi. Et ecce  
 eum ad extremum usque exterminium conti-  
 tum & eversum. Uo de S. Joannes: *Et projectus  
 est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui voca-  
 tur Diabolus; Propter superbiam ejus meruit ce-  
 cidit,* inquit Doctor Angelicus ibidem. Enim-  
 verò hanc in Dæmonem fulminatam esse seu-  
 tentiam, ut scilicet in perpetuum in celo exulet,  
 & a præsentia Dei sit in æternum exclusus, nec  
 non ad inextinguibiles gehennæ flammam sit  
 condemnatus, nihil in se raritatis continet, siqui-  
 dem hæc pœnæ millenis ei riculis debentur, ut per  
 illas nimium elatus ejus deprimatur fastus.  
 Hoc solum in ejus supplicio plurimum obstupescit,  
 quod lapsus & ruina ejus sit irremediabilis,  
 & peccatum irremissibile; cum tamen homi-  
 ni peccanti Deus facillimè condonet; imò  
 homine in profundum miseriarum præcipitato,  
 & in servitute Dæmonis redacto, Deus ipse-  
 met incarnatur, ut cum proprii sanguinis sui  
 moneta eundem redimat, & tamen Angelo  
 creaturæ tam nobili & pretiosæ nullum pro-  
 fus superest remedium? Respondet Magister *Mag. scilicet  
 sententiarum,* quod Angelica natura quoniam *1. dist. 2. r  
 non tota perierat, sed ex parte perstiterat, non f. 80. l. f.  
 est redempta. Egidius & alii dicunt, pecca-  
 tum hominis excusabile fuisse, non vero An-  
 geli: Ignorantia vel nescientia facit ad excusa-  
 tionem peccati, & quia cognitio Angeli superexce-  
 dit cognitionem hominis, consequens est, quod pec-  
 carum Diaboli propter luciditatem sui intellectus  
 semper excessu peccatum hominis. Pro cuius diffi-  
 cultatis intelligentia, præsupponenda prius  
 est notitia temporis, quo Lucifer peccavit.  
 Aliqui eum malum à Deo creatum esse dix-  
 erunt; hæc autem est opinio damnata & er-  
 ronea: Nullus enim effectus consequitur ab agen-  
 te, nisi secundum conditionem agentis, inquit S.  
 Thomas in 2. dist. 3. q. 1. a. 1. unde cum Deus  
 omnia eo sine creaverit, ut iis bonitatem suam  
 communicaret: *Impossibile est quod ab ipso fiat ali-  
 quid,**

Apoc. 12.

Mag. scilicet sententiarum, 1. dist. 2. r non f. 80. l. f. Egid. in 3. dist. 1. a. 1. unde cum Deus omnia eo sine creaverit, ut iis bonitatem suam communicaret: Impossibile est quod ab ipso fiat ali-

Handwritten notes in red ink on the right page, including the words "F. 111" and "diab" and some numbers.

quid, nisi secundum quod sua bonitatis participes est. Hoc autem bonum est, non vero malum. Alii vero ipsum in primo creationis suae instanti peccasse dicunt, & sine mora contrivisse: pro cuius opinionis confirmatione illa Christi verba adducunt: *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* Hæc autem opinio omnino est à doctrina sancti Thomæ aliena, siquidem voluntas ex sua natura fertur ad bonum vel vetum, vel apparens; si est vetum, id ipsum desiderando non peccat, bene tamen si est apparens. Unde sanctus Pater Augustinus docet, neminem bonum verisimile iudicare posse, nisi bonum verum prius cognoscat, ergo cognitio boni veri cognitionem boni verisimilis præcedere debet; adeoque dicere oportet Angelum in primo suæ creationis instanti bonum verum cognovisse, & postea in secundo instanti appetivisse, quod verisimile est, & hoc fuit peccatum. Atque ideo dicere quod Angelus in primo instanti peccavit, idem est, ac asserere, quod pius haberet cognitionem boni verisimilis, quam notitiam veri, quod est verum cognitionis ordinem invertere, ac proinde Doctor Angelicus D. Thomas ubi supra columna 2. littera C. concludit. *Cum impossibile sit intellectui creato simul plura intelligere, non potuit primo instanti creationis appetitus Angelus esse malus.* Opinio igitur probabilior est, quod inter creationem & peccatum interpositum fuerit spatium aliquod, nescio quod vel quale:

Joan. 8.  
Aug.  
l. 3. con.  
Asadem.

Por. Lomb. Aliquam fuisse morulam ajunt inter creationem l. 2. dist. 3. & lapsum, inquit Magister sententiarum. Quid igitur mirum, si hic virulentus Draco è Cælo pulsus, & erroris sui gravitas irremediabilis æstimata fuerit? In hac enim morula vel instanti, subito post suam creationem ad sublimissimam Cælorum altitudinem ascendere decrevit: nondum, ut ita dicam, esse habebat Angelicum, cum ecce jam prætereundum contendebat divinum: nondum in curia cælesti servire cœperat, cum ecce jam in eminentissimo throno consistere, & tanquam Dominus cunctis imperare ambiebat: vix esse creaturæ receperat, quando jam aspirabat ad esse creatoris; hi autem sunt saltus nimis præcipites & repentini, id quod sanctus Cyrillus Alexandrinus egregie eisdem improperat, dicens: *Paululum te à divina præstantia celsitudine abesse putasti, cælumque forte ipsum te fore pervium expectasti, tuum solum supremo throno adæquavisti, Deo æqualem*

Cyri. Alex.  
in l.  
satam. l. 2.  
s. 2. fol.  
267. l. C.

te esse & supra creaturam solide existimasti, ut alia nubes scandere, & in istis scellis cœlestibus credidisti.

4. Pientissimus Deus Divini honoris fortissimum servum suum Eliam Prophetam Carmeli Patriarcham, è montanarum milerarum valle eripere, atque ad cœlestem beatitudinem transferre decreverat; qui proinde potissimum flumen Jordanis sicis pedibus pertransisset, Eliaeo discipulo suo imminente finem discessum aperte revelavit, eum patitur invitando, ut priusquam ab oculis illius eriperetur, aliquam ab eo pro sua consolatione gratiam sibi collibitam exposceret; cumque per viam incedentes varios inter se sermones miscerent, ecce ex improvviso curtus quidam igneus, quem duo flammivomi & velocissimi equi post se traherant, apparuit, & coram Elia subsistit, qui socio suo summa cum benevolentia ultimatum vale dicens, igneum hunc curtum ingresses est: *Cumque pergerent & incedentes firmatarum, ecce curtus igneus, & equi ignei dirigerunt utranque.* Quarto Regum secundo. *Silite hic Abulensis, potius ut motum, quo Propheta abreptus est à sodali suo, quam extravagantem machinæ illius, in qua abreptus est formam & figuram consideres, & observat, equos illos tamdiu ignei fuerint, non subito in aëra sublevatos, & ad stellas usque delatos esse, sed potius aliquamdiu super faciem terræ processisse, postea vero curtum & equos in nubem quandam fuisse conversos, à qua deinceps aura in nubeculam spirantis beneficio ad Cæli altitudinem usque sublimatus fuit, ad eum ferè modum, quo ventus proptius vela nonnunquam ingruens, naviculam ad portum usque feliciter perducit. Ecce ipsissima doctissimi Abulensis verba: (Elias verè raptus in cælum in tubino, apparuit tamen in principio curtus igneus, & equi ignei, & curtus traherantur ab equis super terram, & illud duravit aliquantulum: postea autem mutata fuit habitudo illa curtus, in aliam formam, scilicet, quod facta est quedam ovibus concava grossa, in qua sederet Elias, & tunc incepit ventus fortis impellere nubem.) Unde perspicue deducitur, quod priusquam Elias nubem ingrederetur, & in ea in cælum usque sublimaretur, prius in curtu super terram properante vectus fuerit. Id quod etiam Petrus de Avendagoo serm. 2. in Dom. infra Octavam Epiphaniæ, hispanice conscripserat.*

har. p. 11. in verbis confirmat. Per hoc autem  
Spiritus Sanctus significare voluisse videtur,  
quod si deus curus Brix non subito a terra subla-  
tus, sed traheretur ab equis  
super terram, & ita duravit aliquantulum, ita  
in qui in altum dignitatis & honorum ascendit,  
nullatenus prepropere festinare debeat, sed prius  
super terram inambulavit. Id est, prius in officiis  
humilioribus exerceri, & postea festim & pau-  
lulum, excitatus a vento fortunæ & favorum, vel  
meriti de gradibus in gradum, de terra ad aëra, ab  
aëre ad stellis celi usque sublevari debeat. O-  
portet tunc, qui putatquam in curia Principis ali-  
quos servando aliquos in terra gressus faciant, in  
cæcum evolare cupereot super quosvis alios ad  
altissimos cæci honores! Erit aliquis, qui  
in seipsum suum Romæ vix figere cepit, ad  
templum deo quitatum culmina sese evchi cupier, à  
stellois stellis, ambiet alius pileo citius quam  
cæcum videt, in Vaticano appellere priusquam  
regnum fuerit. Porro Populi, imò ut alma Urbs  
regibus & honoribus grava subitò ei in-  
cipit parare miracula. Non sic ritur ad astra;  
qua pennis tempora temporibus temperanda  
sunt, & observandus est author nativæ, qui  
non solum materiam, & postea formam in-

terat.  
I. Iohannem tres Magi sive Reges Orientis  
venisse ad Hierosolymis, vel in alio  
quodlibet circumvicinio, natum esse Judæo-  
rum Regem, omnium Regum totius universi  
maximum, ad eum sese recipere decre-  
verunt, ut eum ut verum Dominum suum ag-  
noscerent, debitis quoque illum prosequerentur  
honoribus, tra illi pretiosissima dona offerendo,  
quæ in omnibus thesauris suis regis invenire  
poterat: Quapropter omnibus equis, camelis,  
dromedaris, iumentis in ordinem tirè dispositis,  
hæcque jumentis ac sarcinis bene ordinatis,  
inque e autecorum comitatu in procinâ itan-  
te, distansulo sequenti, exorientem aurora itineri se-  
recerunt: & ecce protinus stella quadam,  
reverti vix ductis eis apparuit, quæ ut de via il-  
los orientem redderet securos, toto illos itinere  
percecebat: Et ecce stella quam viderant Magi  
in Oriente, antecedebat eos, Luca 2. ubi meritò  
quæretorum venit, cor Deus non miserit illis An-  
gelum potius, quam stellam; hic etiam illis  
viam quam sectari debebant securus ostendere  
potuisset, quam stella: Similiter hic indutus  
forma corporea cum illis discurrens aliqualem  
eos de cæci novi Regis gloriæ conditionibus &

qualitatibus informationem dare potuisset? Scio  
equidem quod ad Pastores Bethlehemicos An-  
gelus quidam missus fuerit, qui gloriosos illis  
Salvatoris natales in sinuaret: Zachariæ similiter  
Angelus apparuit, qui Elisabethæ conjugis suæ  
partum ei significavit: Denique Josepho quo-  
que Angelus submissus fuit, qui ad hoc ut puer  
JESUS ab impij Herodis tyrannicis manibus li-  
beraretur, fugam ei in Ægyptum insinuendam  
persuaderet: & sic consequenter in variis occur-  
rentibus casibus Deus semper Angelos ad mo-  
nendos vel terrendos homines adhibuisse peti-  
betur: cur igitur ad hosce tres coronatos verti-  
ces stellam mittit? Respondet quidem S. Gre-  
gor. hom. de Christi Nativ. id factum esse: *Ve-  
ri qui in stellarum observatione versabantur ex stel-  
lis Christum agnoscerent.* At verò nunquid id mel-  
lius Angelo referere cognoscere potuissent?  
Optarem utique ut hæc resplendens stella tan-  
tum mihi lumen impertiret, ut ad depellendam  
hujuscæ caliginem sufficiens essem; *at verò quia illud à stellis impetrare non possum,  
idipsum mihi procurabo per cæcum.* Etenim  
postquam Christus appropinquasset portis Beth-  
zaida adductus fuit coram eò cæcus, pro quo  
mittis eum precibus sanè obsecrati: ut lucem  
sibi reddere dignaretur: *Adducunt ei cæcum &  
rogabant eum ut illum tangeret.* Marc. 8. Domi-  
nus autem apprehensa ejus manu subduxit eum  
secum, & saliva suæ remedium oculis ejus im-  
positum applicuit, ac tandem interrogavit: *Si  
quid videret,* qui respondit: *Videor mihi è lon-  
ginoquo aliquid sese movens videre, at verò dis-  
cero etc nequeo an arbores sint, an verò homines  
ambulantes: Video homines veluti arbores ambu-  
lantes.* Matth. 8. quasi dixisset ut scribit Diony-  
sius Carthusianus in 8. Matth. art. 9. *Corpora vi-  
deo moveri sed distinctionem membrorum & figu-  
ras lineamentorum non discerno in eis, quia videre  
incipiebat, & obscure illuminatus est, unde vide-  
bat quidem, sed parum: Tunc Dominus manum  
suam iterata vice oculis admovit, & sic visum  
suam perfectè recuperavit, ita ut clare videret  
omnia.* Faciamus hic punctum, & subsistamus  
nonnihil, ad investigandam causam, cur Filius  
Dei, cujus semper perfecta sunt opera, in hoc  
opere se adeò à semetipso diversum exhibuerit,  
dando huic cæco in principio modicum de visu,  
cum que deinceps magis magisque augendo per-  
fectius videre faciat, sicque paulatim hunc cæcum  
illuminat ut idem Author inquit: cum enim il-  
lum in unico instanti perfectè illuminare potue-  
rit,

Luc. 1.  
Matth. 1.

Handwritten notes in the right margin, including the words "F. T. T. T." and "Medicab".

rit, cur id sensim & paulatim facit? Ideo non statim eum facit perfecte videre ( inquit Theophyl. ibid. in Cant. D. Thoom. fol. 230. col. 4. lit. B. ) sed in parte, quia non perfectam fidem habebat. n. in secundam fidem datur melius. Optime: nec tamen ideo preterite volo rationem quam tradit Scriptor quidam Modernus, dicit enim, quod sicut dum quis multis annis in obscuro carcere, ubi nullum videre lumen potuit, viuctus remansit, finito incarcerationis suae tempore, non subito meram solis lucem ei videre permittitur, hoc enim ei potius noceret quam prodesset, sed paulatim & gradatim ad lucem magis accedit, ita quoque Christus circa hunc caecum, qui tanto tempore in caecitate tenebris haeserat, fecisse videatur. Nunc revertamur ad Magos, non per Anglum aliquem, sed stella mediantem ad praesepe Domini ductos, & merito; quia haecenus inter obscuras umbras, atque infidelitatis caligines misere haeserant, jamque in via erant ut ad verum iustitiae solem Christum accederent: Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiae, unde si ex tenebrarum densitate in claritatem solis deducti fuissent, idem hoc esset, ac si ab uno extremo ad aliud sine medio pertransivissent, qui salus valde est periculosus, ac proinde necessarium erat, ut prius temperato alicui luminis lucecerent, quale est lumen stellarum, ac tandem ad solis lumen propinquius accederent: Huic opinioni se quoque Chrysothomus subscribit, dum ait: *Hinc est quod & Magos adhuc nocte incolat & totis obstupescens oculis, remittere micans stella assuecit ad lucem, & gradatim pertrahit ad ipsum fontem luminis & dirigit.*

Malach. 4.

Chrysoth. serm. 87.

6. Salvator noster duodennis erat, quando occasione solemnissimae festivitatis Hierosolymis habitae, a Patre & Matre in media hominum turba amissus fuit, & postquam eum inter cognatos & amicos frustra quaesivissent, tandem templum ingressi, in medio congregatorum Rabbino- rum feliciter invenerunt: Post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum. Quid autem faciebat inter illos? Agebatur inter eos de nonnullis difficultatibus Sacrae Scripturae passibus, ipse autem cum attentione auscultabat, & egregias difficultates moveri audiebat, interrogabat, ut eorum quoque resolutionem audiret: *Audientem illos & interrogantem invenerunt eum.* Quod auscultavit, non ad discendum, siquidem in quantum Deus infinita scientia praeditus sciebat omnia, sed potius ad emendandum doctrinas illorum si necessarium

fuisset, in hoc bene dicitur. Ac vero quod interrogavit eos, tanquam indigenus scite, hoc est, quod valde mihi videtur difficile, nec ab aliis capitum potest. Bona id factum esse respondet ut Christus se hominem esse demonstraret: *Ad ostendendum quod homo erat, homines magistros in similitudinem suam diebat.* At vero hoc bene procederet, si haec opinati fuissent Christum solum Deum, & non hominem esse: cum autem omnium contrarium opinati fuerint, non videtur necesse fuisse Christum multum laboraret ut se in hominem esse probaret, ac proinde libentius ad haec resolutionem Otigenis, qui dicit, quod cum Christus fuerit juvenis annorum duodecim, prius se discipulum monstrare voluerit auscultando, & interrogando ( licet eo non indigeret ) antequam se Magistrum exhiberet docendo & explicando: voluitque per hanc actionem nobis innotere, quod prius discere, postea docere, prius discipulum, postea magistrum esse debeamus: *sedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem.* Et hoc pietatis officio; ut nos doceret, quod parvi, quamvis sapientes & eruditi sint, conveniat ut audiant parvi Magistros, quam docere desistant. Et haec in Bonaventura ait: apud Joannem Silveiam tom. 2. lib. 2. cap. 10. quaestione 16. num. 51. fol. 148. *In hoc spiritualiter est intelligendum, quod Christus docet nos, quod antea debeamus discere quam docere.* Numerus sine numero eorum invenitur, qui in unico die Magistri esse volunt, priusquam discipulorum munus exerceant, nondum moti sunt a termino a quo, qui universum vere Philosophiae ordinem invertendo praetendunt se pervenisse ad terminum ad quem: Nondum se moverunt, jamque securum complecti existimant, aliorum Duces vel caltrorum Praefecti esse ambunt, quando gladio ( qui militiam significat ) accincti nondum fuerint: Nondum tympanum ad congregandum exercitum & instruendum aciem tanto tympani strepitu insouit, cum ecce de praedis & spoliis adversariorum parandis, distribuendis, & dispensandis inter se consultant. Nonnulli dum nondum in statu perfectionis facti sunt incipientes, jam se ad non plus ultra sanctitatis pervenisse putant: Nondum opus aliquod meritum Deo gratum elucuerant, cum tamen tempus miracula patranda adesse studeat sibi persuadent: Nondum mortui sunt, nec processus vitae ipsorum formatus est, & tamen Ecclesiam circa canonizationem ipsorum occupari existimant.

7. In quoniam existimatis, o Auditores, primam

man à demone Salvatori nostro intentatam tentationem consistere, quando in deserto lapides eius efficit, dicit: *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Nonnulli sibi imaginantur, fuisse necesse non gula, dæmonem autem valde insipientem fuisse dum famelicum gula tentare voluit lapides ei presentando, potius ei panem adhibere debuit, v. l. sicut illum aliquo epulo subministrata & delecto allicite: Unde sanctus Petrus Chrysostomus sic eum verbis deridet: *Miser noster vixisti, sed non potes, cupis tentare, sed ne quis opinari tentari esse, non dura debuit: famem non a se habere palpare, sed blandis: in diem non horridis laboribus argere, sed gulosi.* Cur igitur ei lapides adhibere & non panem? Cur saxa & non epulas? Et ubi, d. dæmon, veritatem fatear, altitorem te habere credidi, quam te modo inveniam. Sed verò, d. Auditores, hac in re astutia suæ insipientiam probavit: ipse enim (si Bedæ creaturam) non curabat an manducaret, vel non, quoniam non tentavit de gula, sed de miraculis panis, de transmutandis in panes lapidibus, quod ea intra semetipsum ratiocinatus fuisse: Nonnulli plures quam quadraginta abiere dies, quibus hoc huic vitæ asperitati, in hoc solitario deserto perorando se applicuit, miracula facere non potuit, quia non est hominum perfectorum & profectuum sanctitate. O utinam eum inducere possem, ut hoc miraculum facere præsumeret, ut victoria hinc certus essem: nam in bono imperitiam esse (uti credo) & opera viri perfecti docere velle, est currum ante boves collocare, quæque salus valde periculosa & mortalis, imperitiam tentator. At verò Christus, cuius non solum exemplaris loco servare debent, miracula facere noluit, non quia non potuit, aut quia non fuit perfectus, sed quia personam incipientem in deserto representans, nos docere voluit, non esse bonam, si per voluntatem ad miracula fideri facienda saltare velimus: *Tentans eum lapides ad miracula provocat obsecunda: sed rejecti, ostendens in virtute timere non statim ad miracula tentandam: sed lenio gradu ambulandum esse,* inquit Beda. Nonquam adhuc vidi, quod terra aurores prius magnas quam parvas produxerit, nec fructus prius maturos quam acerbos; nec natura nos docet, ut in tenuitate annorum nos nutriamus cibis substantialibus, non verò lacte nos sustentemus, & nos nonnunquam pulcherrimum naturæ ordinem invertere & perturbare cogamur, volentes prius esse magni quam par-

vi, prius gigantes quam infantes, prius Episcopi, quam Sacerdotes, prius Papæ quam Cardinales, prius comprehensores in celo quam viatores in terra, & qui nondum hic deorsum nobis ulla accumulavimus merita, vellemus cum Beatis sursum possessores esse in gloria. Num igitur audiri potuit petitio exorbitantior ea, quam conjux Zebedæi Christo pro filiis suis proponit: *Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad Paul. de Palat. ibid. dextram & unus ad sinistram in regno tuo.* A pifol. 34.

8. Longè se prudentiores fuisse probarent, si gradu suo, in quo erant, contenti fuissent, attendendo ad maris exercitum, non verò ad regnorum gubernium, ad extendenda regna, non ad leges promulgandas, ad instruendam piscium prædam, non ad imponendum gentibus præceptum, ad remos tractandos potius, quam ad sceptrâ sustinenda. De caneo hic circumfertur apologus, quod è locis aquis egrediens terram petierit, ut in ejus plantis herbis se pasceret, in ea autem à vulpe visus subito devoratus fuit, unde natum est inter veteres Proverbium: (Matitimus cum sis ne velis fieri terrestris,) ut legitur apud Paulum Manutium in Adag. id quod ei accidit, quia statum, locum, & conditionem à natura sibi inditam mutare voluit. Idem quoque evenit illis, qui ordinem naturæ evertere & turbare dispositiones Dei volunt; arque ideo cultibus curæ esse debet, ut statum suum, quem ex Dei dispositione accepit, conservet, illique placide acquiescat, ita ut qui natus est in humili valle, sese animet, quia non est solus, seque per patientiam obarmet; (Æquus in quadrigis, & in aratro bos,) dicebant olim veteres: Quisquis militiam proficetur, debet (juxta leges) potius Martis, quam Palladis, aut Minervæ esse amicus: Miles magis debet scire arma quam leges.) Hypocrites in Juramento Medicinæ fidelitatem juravit promittens se ejus limites nunquam esse transgressurum, neque abiturum in alienam professionem, tamen ei ad hoc oecasio præberetur: (Nec unquam ex calculo laborantes ipse secabo, sed his, qui totos huic operi se dicant, hoc officium) Meri-

Idem in Adag.

L. Imper. Cod. de jure delib. l. scimus.

Handwritten notes in red ink, including the word "Medicab" and other illegible characters.



Apud Garzon.

Merito igitur Alexandro in officina Apellis de picturis fermocinanti sapius ab eodem Apelle sualum fuit, ut taceret, eo quod eum ineptē de hac arte discurrerentem audiret, tandem verō progredienti, dixit: Loquere modestē, quia tyrones mei, qui colores conterunt & præparant, sermones tuos ridebunt, quasi diceret, convenientius tu, qui militiam exertes, de bello, armis, munitionibus, sanguine, &c. loqueris, nobis de pictura, de penicillis, & coloribus sermonem relinqueas. Ptolomæus de musica discurrere volens hac sententiola à Stratonico illuſus fuit: (Aliud est, ô Rex, sceptrum, aliud plectrum;) ab eodem quoque faber quidam pariter reprehensus fuit, dicendo: (Non animadvertis te supra malleum loqui? Unde Poëta sententiā cecinit:

Ovid.

*Narrata de ventis, de tauris narrat arator.  
Enumerat miles vulnera; pastor oves.*

9. Hinc igitur quilibet discat, in gradu & conditione sua constanter persistere, tam in loquendo, quam in operando: cujus Sanctus Paulus diligens & exactissimus observator extitit. Theodoretus subtiliter modum observat, quem Sanctus Paulus in scriptis ad diversos literis suis constanter tenet; in omnibus namque Apostolicam dignitatem sibi attribuit, sic ad Romanos: *Paulus vocatus Apostolus*; Rom. 1. ad Corinthios: *Paulus Apostolus IESU Christi*, 1. Corinth. 1. pariter ad Ephesios, Philippenses, Colossenses, & alios, prout in Scriptura Sacra videre licet, solum in Epistola ad Hebræos nomen & officium vel dignitatem Apostoli minimè subscriptam reperietis, sed potius fraternitatis nomine insignitam, dum illos fratres suos vocat: *Fratres sancti, Videte fratres Rogo vos fratres*, Hebr. 3. & 13. Cur autem se non æque audeat appellare Apostolum apud Hebræos, atque apud alias nationes? Nolite credere idipsum carere mystetio: Legite principium capituli tertiæ Epistolæ ad Hebræos militæ, ibi enim hæc verba invenietis: *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ IESUM*. O quam cautus est, inter Hebræos non vult videri Apostolus, ne per Apostolatam ingrediatur jurisdictionem Apostolicam Christi IESU: Sed in sola activitatis suæ sphaera Apostolum se esse ostendit, ad eum fere modum, quo Episcopus aliquis in jurisdictione alienæ Diocæseos functiones suas Episcopales non exerceat, sed in gradu suo persistit: (Cum Dominus tanquam Dei omnipotens Apostolus ad Hebræos missus esset, Paulus, qui ad

Theodor. apud Oc.

gentes missus erat, non scripsit se Hebræorum Apostolum.) Davidis pallore auri auribus quidam famæ tumor insonuerat, & Palatio regio eorum quæ ei in uxorem promittebat, qui cum formidabili gigante, Philistæorum generali Duce in duellum se committeret, eumque occidendo, tandem ejus factum mortificare præsumeret, ac proinde pro tali facinore attentando animum illi satis generosum promittebat, in conspectum Regis se conferret, atque ad incedendum cum formidabili Goliath singulare certamen promptè se offerret, pariter reportandæ victoriæ securitatem promittens: *Ego servus tuus vadam & pugnabo adversus Philistæum*, primo Regum decimo septimo. Saul hunc tanti cordis juvenem videns obstupuit, verumtamen ad eum audiendum non nihil admisit, & subridens quasi per jocum ei dixit, facinus hoc ejus vires longe superare, & nimium hunc ausum in eo vel ad ætatis juvenili fervore, vel ab insufficienti ferocis ad ventum sui notitia procedere, utpote qui etiam expertissimæ totius exercitus Israelitici Athletis timorem atque formidinem incussisset. Quæ verba Davidem pastorem nequaquam perterruerunt, sed potius novos addiderunt animos, adeo ut spiritus cordis sui in eò magis magisque reviviscere viderentur; ut aurem majorem Regi generositati & fortitudinis suæ fidem ingereret, argumenti loco, varias Regi retulit victorias ab utrisque leonibus occisis & dilaniatis vigore dexterae suæ gloriose reportatas: *Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberavit de manu Philistæi huius*. Mox igitur Saul advocatis servis suis dixit: Abite & armaturam, qua me inducere soleo adferre, eaque præsentem pastorem induit; ensē quoque meum ei accingite, ut armis tam defensivis quam offensivis optime munitus & securus abeat. Dicitur, factum: Lorica eum induunt, adaptant pectori ejus thoracem ferreum, galeam quoque plumis rutilantibus & nigris inimico sanguinem & mortem minitantibus adornatam capiti ejus imponunt, latus ensē accingunt, adaptant brachio forte securum, dexteram autem ejus ferrea chirotheca obartant: Resistetis utique, ô Audaces, si Davidem vidissetis hac suppellectile bellica superindutum, quæ eum non gravabat sed onerabat potius: interius vero bis terve aulam regiam inambulando probavit, num armatura defensionis paranda subterviret esset. Verum tandem ipsa expertus est, quod negotium quidem atrox illis indutus movere possit,

set, multo minus arma pro necessitate occurren-  
 te tractare, quia etenim caput nimis aggravabat,  
 laborare tenesi pectus ejus nimium stringendo  
 suffocabat eum, scutum brachium ejus in terram  
 cognoscendo extendendo defatigabat, ensis quoque re-  
 gis nimio sui pondere latus ejus afficiebat: Cæ-  
 sar autem si armatus posset incedere, sed quia non  
 habebat consuetudinem, quævis armaturæ fer-  
 reæ passim singulari ei facebat negotium. Qua-  
 propter bonus hic pastorculus dicere cœpit, re-  
 mittere illi Rex bellicam sibi convenientem ar-  
 maturam, ut ipse quædam potius, quam vei-  
 lantia mihi esset, optimamque victoriæ spem  
 in eis caperet: *Non possum se incedere,*  
*quia non habeo.* Quid igitur? Ergone cum  
 tu tuos exercitus terror est, inermis certa-  
 bili tuo vero, si enim occubueris, natum inde  
 dominum me solum manet, Dare igitur mihi ru-  
 dicam vellem meam, sandam meam mihi porri-  
 genda de quoque baculum meum, armis etenim  
 vulnibus ad nervi, non regis, lapidibus, non  
 cæcis, fuscis, non hactis, nolo mutare fortu-  
 nam, certamen quidem inire decrevi, sed pasto-  
 rum, non militum more in medium prodibo,  
 nec enim, quam qui sum præ me feram, neque  
 cum faciem meam unquam commutabo, pa-  
 stor sum, non autem bellator, pastor ma-  
 nobis. *Deponit ea et tulit baculum suum quem  
 passim habebat in manibus,* unde Basilus Seleu-  
 cus orator 11. ait. (Atma tanquam victoriæ  
 impetrata David exiit, bellicam stolam ex-  
 mit, stola pastoritia, & virga, ac petra obar-  
 nant.)

10. Verbum Incarnatum de regno cœlorum  
 loquitur, idipsum sinapis grano ab homine in  
 agro suo seminato, & fermento à muliere domi-  
 cæ sui farina recondito comparavit: de illo ait:  
*Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod ac-  
 cepit homo seminavit in agro suo: Matth. 13. de  
 hoc vero loquitur: Simile est regnum cœlorum fer-  
 mento, quod abscondit mulier in farina satis tritibus.*  
 Cetera quas similitudines sanctus Petrus Chryso-  
 logus pulchram quandam ponderationem insti-  
 tuit; nimirum quod Christus de seminatore lo-  
 quens, dicit: *Simile est regnum cœlorum hominis  
 qui non homo abscondit;* Cur potius comparatio-  
 nem regni cœlorum ita non instituit, ut homo  
 seu vit sit qui fermentum accommodet, mulier  
 autem quæ feminat in terram jaciendo vacet?  
 Nequaquam id convenit, hoc enim esset naturæ

Pauli Quadragesimali.

ordinem invertere, transferendo virum ad con-  
 ditionem muliebrem, mulierem autem ad eam  
 professionem, quæ viro competit, melius est ut  
 quilibet in gradu & conditione sua persistat, vit  
 scilicet ad campos procedat, & agris colendis &  
 feminandis intendat, mulier autem domi suæ fi-  
 lando, nendo, texendo, panes & cibos coquendo,  
 exercitiis domesticis vacet. (Res de usu geritur  
 (inquit Petrus Chrysológus) vit in agro sinapis  
 arborem ferit, domi mulier fermentum procurat,  
 & panes præparat alimonie: Virum foris expe-  
 ctat labor, intus mulierem domestica cura con-  
 stringit. Postquam totius universi Redemptor  
 sepulturæ traditus fuit, piæ aliquot mulieres, id  
 est Maria Salome, Maria Jacobi, & Maria Mag-  
 dalenæ comparato sibi unguento sepulchrum  
 adire, ut sacrosanctum crucifixi corpus visita-  
 rent, & ungerent: *Emerunt aromata, ut venien-  
 tes ungerent IESUM.* Marc. 16. Hęcine mulie-  
 res & non Apostoli faciunt? Ubi estis discipuli  
 Domini mei? Cur ad hunc pietatis actum Magi-  
 stro vestro impendendam vestra obsequia non  
 impenditis? Num forte adeo velociter amorem  
 vestri refrixit? Num credere debeo, vos ab hac  
 pietate abstinuisse, ob arcendam à vobis omnem  
 suspicionem, aut ob merum militum sepulchri  
 custodiæ destinarorum? At vero si ita est, quo-  
 modo, & qua audacia mulieres se eo sine timore  
 & magna cum animositate recipere audent? Er-  
 gone femine generosæ & intrepidæ, vos au-  
 tem timidi & ignavi eritis? Respondet sanctus  
 Severus in Car. D. Thom. ibi. quod (Mulieres  
 hoc loco feminea devotione discunt, quæ  
 non ut viventi fidem, sed ut mortuo unguenta  
 deferant ad sepulchrum, & ut sepulto parant  
 mortuorum obsequia, non ut resurgenti præpa-  
 rant divinum gaudia triumphorum.) At vero  
 responso hæc illam solum tangit difficulta-  
 tem, cur scilicet mulieres ad sepulchrum ive-  
 rint, non vero responderet, cur non quoque eo si-  
 mul iverint Apostoli. Sanctus Petrus Chryso-  
 logus autem utriusque partis difficultatem re-  
 solvit dicens, hoc accidisse, ut tam Apostoli  
 quam Mariæ in suo gradu & conditione con-  
 stanter persistere, singulis ex utraque parte fa-  
 cientibus, quæ ad eos attinent: Ad sepulchrum  
 contendere, eoque ad mortui Salvatoris ca-  
 daver unguendum unguenta deferre, cum pie-  
 tatis opus sit, ad mulieres spectabat: Quid  
 igitur Discipuli faciunt? Impendent se majoi-  
 ris considerationis & difficultatis operibus,  
 discunt per universum mundum ad prædi-  
 can-

Bb. can.

Handwritten notes in the right margin, including the words "F. T. T. T." and "medicab" written vertically.

candam fidem, gaudenter carceres ingredientur, tyrannis suis exprobrabant errores, carnifices non formidabant, non unguenta sed sanguinem effundunt, non adibunt sepulchra visitaturi corpora mortua, sed pro amore Christi mortui ad sepulchra deportabuntur: (Fœminæ obsequium Christi suscipiunt, Apôtoli passionibus illæ portant aromata, isti flagella, illæ ad obsequium festinant, isti pervolant ad carenas, infundunt illæ oleum, profundunt isti sanguinem.

D. Petrus  
Chrysol.  
serm. 82.

11. Ezechielis 37. capite videat tale Deum inter & Ezechielem audite colloquium: Ezechiel, inquit Deus, est aliquid quod à te exposco, obsequium, cui Ezechiel, singularis, ô Domine, favor est, quod obsequia mea requiras, id quod infinitæ benignitati tuæ deserte debeo, cæterum te præcipere, me vero servare decet: cui Dominus, auderesne ex improviso paucula verba ad populum pronuntiare? Cui Ezechiel, si tempus præmeditandi ea quæ dicenda sunt concesseris conabor facere, quoad melius poteris; agedum, inquit Deus, abi in campum istum (à Deo designatum) ibique lapidem, qui tibi opportunitus videbitur, pulpiti loco adhibebis, loco autem floridi auditorii integrum habebis ossium mortuorum exercitum, quæ peribenter & cum silentio te auscultabunt, mox igitur campum versus Propheta abit, cumque maximo quodam ossium mortuorum auditorio refertum videret, & positus super saxum quoddam præ cæteris eminentius, pro themate discursus sui hæc verba usurpat: *Ossa arida audite verbum Domini*, quæ voces per totius campi districtum fortiter resonare, adeo ut ossa quæ antea confusa erant, ad hæc voces sese quaquaversum commoverint, & veluti si spiritum & vitam habuissent, inter sese tumulantia velut integer militum exercitus inordinate discurrerant, pedes, crania, costæ humeri, brachia, cæteraque ossa sollicita esse videbantur, ut singula singulis suis unirentur compartibus, unde pes unius est tibiæ, tibia genu, caput collo, collum pectori, manus brachio, brachium humeris, & sic de aliis dicente sacro textu quod *accesserunt ossa unumquodque ad juncturam suam*, quodlibet os ad suum se locum recepit & in illo velut in centro suo contentum & quietum persistit: ossa pedum, licet inter omnia alia vilissimum & insignitum locum obtineant, totiusque machinæ corporalis pondus sustineant, non tamen ob id quæsierunt cum

Ezech 37.

majestate locum supra collum requirere, ut pedes qui præ cæteris dignior est, sed *accessit ad juncturam suam*, similiter manus licet in continuo sit exercitio, & veluti servus, & mancipium pro aliorum membris laborando fatigaret, nihilominus id nihil curans magnificari non quæsit, nec locum aliquem molita est superiorem, in qua servitute liberata, in re publica corporis humani domina steterat, sed statu suo contenta, non quæsit fortunam mutare, nec conditionem: *Accessit ad juncturam suam*. Sanctus Epiphanius hujus passus expolitior causam mihi præbet hæc vobis scripturæ locum proponendi dum ait: *Non enim pedis ossa per obliquationem ad caput accedebant, neque colli verticula circa talorum juncturam errantia locum quærebant, sed singula ossa commovebantur, & accedebant ad suam juncturam*. Porro si hic mundus corpus quoddam esset, & homines illius membra, utique Jacobus, & Joannes, tanquam piscatores, futuri essent corporis illius pedes. Verum hi postura sua sive statu minimè contenti, capitis loco stant & collatales in regno cælorum Principes esse volebant, ac proinde eorum nomine mater supplicabat dicens: *Dic ut fideant duo hi Filii mei &c.* Sed læpius auditum respondit merito acceperunt licet: *Nescitis quid petatis*. Item quantum per quotidianam experientiam videte licet, major pars hominum ejus est indolis & conditionis, ut ea conditione & statu, in quem Deus eos collocavit, minimè contenti sint, nam qui pes est, cupit esse velle; qui subditus superior; qui ad obediendum natus, commendandi & præcipiendi phrenesi corripitur; qui mercator est, nobilem se mentitur; qui nobilis, Principis sibi conditionem arrogat: *Mulier illa conjux est alienigena opificis, & tamen in vestitu aliique exercitiis ornamentis muliere aliqua nobili, & rotius civitatis præcipua non vult esse inferior*. Aulas Principum velim ingrediamini, & motus aliorum observare, videbitis utique neminem ad suam juncturam vel conjunctionem contendere, nec suo statu contentum esse, nam si fortuna illis faveret, eodem accenderent desiderio, quod Philoſophus quidam accidens dicebat esse hominis inseparabile, scilicet *alio præſſe cum de quolibet verſiceret, quod communiter dicitur, nimium: Nemo sua sorte contentus*, unde inter illos idem sit, quod in bello accidere solet, ubi quælibet pars belligerans adversarii sui locum occupare desiderat. Cum tamen ad nostram con-

fulscent usque videmus, quod luna domino, quod habet illuminandi noctem, contenta, Soli-  
 lum, quam ad diem illuminandum habet iustifi-  
 cationem, præcipere non præterat: pisces si-  
 muliter adeo sicut aquarum domicilio contenti,  
 ut illos inde extrahere non valeas, licet totius ac-  
 tis dominos constitutere velles: nulli quoque  
 quod propedem geneti hunc conatum accidisse  
 videmus, quod sacros suos in sublimitate arbo-  
 rum emat, aut patere velit, & tamen nos omni-  
 bus bellis bestialiores, ut evadere possimus aliis  
 suspiciones, tenta emus, si possibile esset, habitā-  
 ones nostras non jam in arboribus, sed in media  
 aere regione erigere. O Pulchritudo mundana. O  
 tantitas seculi nostri inaudita! Et tamen ven-  
 tum est proterbum, quod quisquis suo statu  
 contentus vivit, vivat letus & gaudens, atque  
 vitam suam gaudere non possimus quia statu nostro  
 mirari contenti sumus. Possit etenim merca-  
 toribus verbis gratia, letus, felix, & contentus iis  
 verbis vivere quos habere, & tamen quia illos  
 arguendo, nullis sese negotiis implicat,  
 nec illa diurna vel nocturna requie, & forè ma-  
 rito cum præiudicio conscientiarum, imò cum pe-  
 nitentiæ mediabilis iacturæ animæ: quod ne-  
 ququam faceret, si quilibet modico illi vel me-  
 dia Deo sibi donato acquiesceret.

*Mat. 11.* *Quis revelavit: Caput Iesus ostendere disci-*  
*plinis, quia oportet eum ire in Ierusalem &*  
*ubi crucifigatur & scribitur & principibus Sa-*  
*rudorum, & gentibus. Petrus autem hisce magistri*  
*hinc movens sese opposuit dicens: Quid audio?*  
*Tuo patens, flagellaberis, morieris? Nequa-*  
*quam erit istud, neque enim ejuscemodi injurias*  
*illa turbae fuisse promeritis, atque ideo volo*  
*ut vivamus quoad usque fieri potest sine turbine*  
*& molestia, & quantum potero efficiam, ut hæ-*  
*cæ cogitationes & consilia intra fiant, quicquid*  
*tibi injurarum inferetur, mihi illatum esse cen-*  
*sebo, atque in illarum auctores eadem proptus*  
*ratione ac si mihi in persona propria accidissent,*  
*zelum ad rectam: non dubito quio probe satis*  
*non intellexit: Absit à te Domine, non erit tibi*  
*hoc. Dominos autem deposita mansuetudine ira-*  
*quandum vultum præ se ferens ad Petrum con-*  
*versus, eum de magna in sermone imprudentia*  
*reprehendit, acerbisque à se verbis repulit di-*  
*cens: Vade post te Sathana scandalum es mihi.*  
 Petrus inclinato capite, & demissis præ verecun-

dia in terram oculis, humeros suos stringit, se-  
 que subducit. Verum ô Domine, quisnam est  
 hic à Petro commissus error, ob quem tanta  
 cum severitate à te corripitur? paulo ante eum  
 veluti sanctum canonizasti dicens: *Beatus es Si-*  
*mon Bariona, cumque fundamentalem sanctæ*  
*Ecclesiæ lapidem declarasti plenariam quoque*  
*ei in terra, in Inferno & in cælo auctoritatem*  
*conculisti, & nunc tam probrosis & abominabi-*  
*libus nominibus quale est nomen Sathanae eum*  
*deturpas, & à conspectu tuo repellis? Vix credo*  
*ullum aliorum Apostolorum tanta cum acrimo-*  
*nia unquam sive à Christo, sive ab Evangelistis*  
*reprehensum fuisse, nisi forte Judas fuerit. Porro*  
*idemmet Petrus in monte Thabor in societate*  
*erat Salvatoris nostri, & quia in eoradii gloriae*  
*ab anima in vultum redundabant quando *Re-**  
*splenduit facies ejus sicut Sol, Matth. 17. ideo glo-*  
*riosis hujus vultus decorem intuens, ineffabili*  
*fruebatur consolatione, ob quam motus est, ut*  
*diceret: Bonum est nos hic esse: faciamus hic tria*  
*tabernacula. Veruntamen nolite credere eum*  
*verba ista in aëra tantum pronuntiasse, à nemine*  
*autem audita fuisse, siquidem auribus sanctorum*  
*Evangelistarum Marci & Lucæ insonuisse nos-*  
*cuntur, quorum unus de illis Petri verbis loquens*  
*dicit: Non enim sciebat quid diceret: Marc. 9. al-*  
*ter autem inquit, quod erat Nesciens quid diceret.*  
*Luc. 9. Verum scire desidero, quisnam fuit error*  
*ille quem S. Petrus in hisce verbis commisit? Mi-*  
*hi etenim valde sapienter locutus fuisse videtur,*  
*nam constat Hebræos gravi odio Christum fuisse*  
*prosecutos, atque ideo ut Magistrum ab eo-*  
*rum insidiis tanto redderet securiorem dixit: *Bon-**  
*num est nos hic esse: quasi diceret: Mea opinio &*  
*consilium est ut hic nos tueamur, impetumque ini-*  
*micosum frangamus; Denique ne te inimicis tradas,*  
*sed hic consistamus, & faciamus tria tabernacula,*  
*ita verba S. Petri: Bonum est nos hic esse &c. Inter-*  
*pretatur Didacus Stella in Luc. ibi. unde videtur,*  
*Petrum potius excusabilem, & laude, quam re-*  
*prehensione dignum fuisse. Veruntamen duas*  
*facti hujus rationes in medium adducam, unam*  
*quidem in secunda parte præsentis discursus ad*  
*aliud propositum: alteram vero paulò post au-*  
*dietis, si eousque habueritis patientiam. Præ-*  
*mitram enim, quod in Genesi cap. 3. legitur,*  
*scilicet Dæmonem Evæ fructum ostendisse,*  
*ejque ut eum comederet efficaciter persuasis-*  
*se; tandem vero Sacer textus dicit: Vidit igitur*  
*mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum &*  
 Bb 2 ful-

TTI  
 diab  
 26

pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Verum-  
enim vero sermonem inefficacis hujusce mulieris  
vix equidem intelligo. Nam licet satis clarum sit,  
quod lignum pulchrum & delectabile oculis  
fuisse dicat, atamen quod idem lignum oculis  
dulce & sapidum fuisse dicatur, hoc est quod  
magnam mihi ingerit intelligendi difficultatem.  
Vilus etenim & gustus sunt duæ potentia distin-  
ctæ, habentque inter se diversa proposita objecta.  
Hic quidem saporem, ille vero colorem tanquam  
objectum respicit; quomodo igitur objecta pa-  
ritæ & potentia confundit? Uti que potentiam  
visivam extra spheram activitatis suæ egredi vo-  
luit gustando saporem: *Vidit quod esset bonum,*  
*egre.* Unde Olcafter in cap. 3. Genes. *Nondum gu-*  
*staverat, sed ex aspectu judicavit gustum, ignorans*  
*quod fructus ex aspectu boni ad vescendum & sua-*  
*ves non apparet.* Idem quoque sancto Petro ac-  
cidit; Scitis etenim, Auditores, Petrum piscato-  
rem fuisse, & tamen in monte Thabor activitatis  
suæ spheram tentabat egredi, & mutarii vel fabri  
lignam artem exercere, atque ideo de eo dicitur:  
*Nesciebat quid diceret,* quia scilicet non permane-  
bat in gradu & conditione sua. Estque hæc ob-  
servatio Timothei Antiocheni: (*Quid tibi in-*  
*meantem venit, Petre, quæ non didicisti, facere*  
*aggredieris? Retia didicisti contexere, num etiam*  
*tabernacula vis ædificare.*) Eandem quoque ob-  
causam à Christo alias adeo graviter reprehensus  
fuit, quando scilicet Christum à passione sua di-  
vertere voluit. Ipse namque Christi discipulus  
erat, & tamen hoc non obstante, dicens: *Abiis à*  
*te Domino; non erit tibi hoc,* Magistrum videba-  
tur de iis quæ per illum agenda erant, velle docere.  
Subditus erat, & tamen principi suo leges vo-  
lebat præscribere; servus erat, & velut Dominus  
imperare volebat. Equi igitur bonique accipe  
hanc tibi à Magistro tuo intentatam confusio-  
nem, & cave ne impatiens fias, cum tibi dicitur:  
*Vadit post me Sathanas, scandalum es mihi;* & dis-  
cas deinceps in gradu tuo firmiter persistere, ne  
deeat discipulum, subditum, & servum. Ita hinc  
conceptum S. Pater noster Augustinus conclu-  
dit, dum ait: *Quare ergo Sathanas qui paulo ante*  
*beatus, & petra, quia præcedere Dominum volebat,*  
*& duci cælesti terrenum dare consilium; Tu autem*  
*vis ducere ducem, docere Magistrum, jubere Domi-*  
*no, imperare Deo, multum præcedis, redi retro.*

D. Ang. in  
Psal. 51.

17. Verum enim verò, non solus Petrus hujus  
est erroris reus, quin potius multos ipse fortius  
est discipulos, qui ejus vestigia egregie sunt imi-

tati, è quibus duos duntaxat proponam, qui ple-  
ritium aliorum loco subservient, quos breviter  
causa silenter prætereo. Notum igitur est omni-  
bus vobis, ò Auditores, qualiter Christus à te-  
merario quodam & inverecundo Pontifice mi-  
niste vehementem quandam colaphum accepit,  
simulque publicè fuerit reprehensus, quasi  
non detulisset debitum Pontifici in respondendo  
respectum, sed modestia terminos enormiter  
fuisse transgressus: *Vnus assistens ministrorum*  
*dedit alapam IESU, dicens: Sic respondes Pontifici?*  
Dominus noster igitur, licet natura sua benignis-  
simus, mansuetissimus, & ad quamvis injuriam  
recipiendam optimè esset dispositus, continere se  
tamen non potuit, quin graviter de hac accepta  
injuria lamentaretur, dicens: *Si male locutus*  
*sum, testimonium perhibeo de malo; si autem bene,*  
*cur me cadis?* Sed, ò Domine, tantine astutias  
unicam tibi inflictam alapam, quæ respectu co-  
rum, quæ tibi ab Hebræis præparantur & inten-  
tabuntur, veluti nihili æstimaanda est: quod si ti-  
bi vel unum colaphum grave sit sustinere, cogita  
quomodo tolerare poteris flagella, spinas, clo-  
vos & crucem? Enim verò Christo magis alio  
quàm passio hujus colaphi displicuit: condole-  
re enim, quisnam percussor fuerit, & statim pe-  
netrabitis Mysterium, percussor miles erat: Sed  
quid militis intererat circa personam Christi  
quicquam dicere? Nimirum falsum adversus  
eum edictum erat testimonium, ac proinde  
Christus ei dixit: *si male locutus sum, perhibe te-*  
*stimonium de malo.* Ipse autem testium limites  
egrediens, eum tanquam Judex deum modo  
Pontifici dato responso sententiarum voluit, di-  
cens: *Sic respondes Pontifici?* Imò ipsum licet om-  
nis culpæ expertem tanquam culpabilem calli-  
gate coepit. *Dedit alapam IESU.* Unde Christus  
non tam de recepta alapa lamentatus est, quàm  
quod servus eam sibi arrogaret autoritatem &  
gradum, qui ei minimè conveniebat. Ita Janle-  
nius, dum ait: *Si male locutus sum, tuum non est*  
*judicare; & ostendere, quod male locutus sum.* Idem  
quod Marcus Cardinalis Vigerius quoque con-  
firmat, dicens: (*Cur quod alieni est operis, tui*  
*crimini facis? minimè coram Judice teo jam*  
*adducto, arbitrium de eo licet accusatori sup-*  
*plicium sumere.* Tu qui non es accusator, quo-  
modo me interrogare, aut percutere potuisti?  
accedat effrons impudentia tua ad me accusan-  
dum, deinde si justus fueris, accedas ad punien-  
dum. Erat igitur licitor, & exequi Judicis ef-

scium volebat examinando, iudicando & casti-  
gendo.)  
14. Ad hanc veritatem contestandam alium  
quam militem pro clausula huius primi discer-  
tus, in resem adhibere nolo. Christus in Graece  
suscepit, videns se inter tormenta ab omnibus  
deriditum, oculos suos in caelum levavit, & ab  
aereno Patre suo poposcit auxilium, dicens: *Eli,  
Eli, lamazababani.* A labar haud procul a Cru-  
ce miles, qui Christi exclamationem audiciens ad  
Patrem eum libentium acceleraret; Dicebat  
Eli: *Ece Eliam vocat iste, sine videamus an vo-  
cetur.* Eliam liberans eum. Dicitur mihi quorquor  
estis in sacris literis versati Auditores, postula-  
re Christum hinc verbis Eliam 2. Minime, sed  
Patrem aeternum invocavit in auxilium suum;  
ita enim Evangelista: *Quid est interpretatum  
Deus meus, ut quid dereliquisti me? Cur igitur  
non invocasti me? ubi illa in alium sensum detor-  
quebat? Certe si quis in Samaria, ubi  
cum eius alini ad eum caro pretio vendebatur,  
huiusmodi hominis caput habuisset, magnam  
similitudinem poruisset pecuniae quantita-  
tem. Hic igitur temerarius homo miles Roma-  
norum, & linguae Hebraicae parum gnarus, ut  
scribit Hieronimus, & tamen Rabbini agere  
volebat, Hebraeorum verborum significata  
mystica interpretando: Et profecto qui Davus  
in *Ca. d. m. f. f. Romanos, non intelligentes Hebraici  
Terna sermonis proprietatem, sed eo eo quod dicit: Eli, Eli,  
ca. 17. vocat Eliam ab eo invocatum.* Jam igitur ne  
quaquam mitior, quod Jacobus & Joannes sta-  
tuunt; & conditione sua minime contenti,  
deprecat sibi procurare, nimirum aut thora-  
tam sedendi proxime a throno Regis caelorum,  
aut ad dexteram, & alter ad sinistram; haec  
enim est omnium fere hominum perpetua &  
quasi congenita consuetudo quae eorum ad-  
haec dicit. Veruntamen haecenus in hanc rem  
dicitur sufficere, quod reliquum est, me tacente,  
ipsa manifestabit quotidiana experientia. Vos  
secretum charitatis operibus intendite, liberales  
pauperibus erogando Eleemosynas.*

PARS SECUNDA.

Maldac. 15. *De ut sicutam la duo filii mei, &c.* Quae ver-  
ba Maldonatus exponens dicit: *Quasi  
Christus mare Regum temporaliter esset regnatu-*

rus, & principes viris habiturus aliquos, qui sibi as-  
sederent, quorum eo quisque honorator, quo propius  
se accederet. Et Dionysius Carthusianus ibidem:  
*Dicit ut sedeam id est, tibi collateraliter, & singulari-  
ter assidentes, ceterisque constant.* Volebant do-  
mestica familiaritate cum Christo libere agere  
& conversari, ac si ejus essent carnales fratres, se-  
dendo in eodem throno, accumbendo eidem  
mensae, & in omnibus eandem cum ipso parita-  
tem habendo: at vero merito eis responsum fuit:  
*Nescitis quid petatis.* Pythagoras in suis Symbolis,  
speciale hoc post se monitum suis reliquit, ne sci-  
licet annulos, quibus Deus insculptus esset, in  
digitis suis deferrent: *In annulo Dei figuram ne  
gestato.* At vero meo iudicio contrarium potius  
hortari debuisset; Dum enim Dei similitudo in  
annulo circumferretur, ejus memoria menti nostrae  
continuo obversatur, adeoque occasio nobis ad  
Deum timendum & amandum suggeritur, ad  
eum fere modum quo Moyses cuius de populo  
suo captivo annulam quandam donavit, in quo  
sculpta videbatur eorundem patriae, urbs nimirum  
Hierosolymorum, ut ex huius annuli aspectu in  
suis miseris constituti respirare aliquantulum  
possent; Cur igitur nobis licitum non erit Dei  
nostri imaginem in annulo exsculptam circum-  
ferre, utpote quia tum ultimi nostri beati sicuti  
finis moueremur, tum ex ejus aspectu aliquod in  
necessitatibus nostris experiemur sublevamen  
& consolationem. Similiter si Rex & Regia  
Navarrae adamaatem quandam in annulis suis  
portabant, cui insculpti videbatur solis & lunae  
Planetae, cum hac tenuissimo caractere subjun-  
cta Epigrapha: *Simul & semper,* per adamantem  
hunc amorem demonstrantes; per solem vero &  
lunam fidem quandam mutuaem constantem &  
inviolabilem, cur nobis non licebit aliquam an-  
nulis nostris impressam deportare figuram, quae  
Deum nobis representet tanquam objectum  
unice nobis dilectum, cuius etiam profitemur ir-  
refragabilem & inviolabilem fidem? Nonnulli  
modica conscientia praediti in annulis spiritus  
deferunt familiares, qui ideo familiares dicuntur,  
quasi id quod in annulis deferunt, eo quod sem-  
per nobis praesto ad manum sit, familiare nobis  
esse censetur. Ideoque Pythagoras hoc suo  
monito persuadere nobis volebat, ut cavere-  
mus ne nimia esset & quasi in contemptum de-  
clinans nostra cum Deo familiaritas, & ideo il-  
lud inter ceteras Symbolorum suorum obscuri-  
tates post se reliquit: *In annulo DEI figuram ne  
gestes.*

Pythagor.  
in Symb.  
apud Paul.  
Manut.

Aloysius  
Novar. 3.  
sacr. Eloq.  
cap. 17.  
sect. c. 7.  
n. 153.

Gabriel  
Simeon  
Embl. 8.

*Psalm. 31.* 16. David Propheta Regius Psalmi trigesimo primo salubriter nos monet, dicens: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Quid autem hisce verbis inferre velit, vix intelligerem, nisi S. Gregorius Papa ibid. fol. 148 col. 1. lit. C. ad id lumen aliquod subministraret, dum ait: *Nolite sicut equus alienum sefforem indifferenter portare: equus enim sicut Dominum suum ad portandum recipit ita etiam sine discretionem alios, qui volunt ascendere, seffores admittit.* Equus eodē loco habet nobilem quo plebejum: tantundem servum, quantum Dominum suum honorat, absque ulla Principem inter & ejus infimum servum differentia, & ideo nec cerebrum nec judicium habere censetur. Non erat similis idolis Alexandri Bucephalus, qui quando suis erat phaleris eleganter exornatus, neminem admittēbat: præterquam unicum & solum Alexandrum: *Neminem præter unum Alexandrum recipiet at suū sedem,* scribit Plinius lib. 8. Simile quid de equo Joanni Papæ pro itinere Constantinopolim versus proficundo à nobili quadam muliere mutuo dato legitur, scilicet quod postquam à Summo Pontifice dictæ mulieri nobili restitutus fuisset, nunquam deinceps prædictam Dominam suam, ut ante sponte facere solebat, admittere voluerit: *Tanquam indignaretur mulierem recipere, ex quo sedisset in eo IESVS Christi Vicarius.* Hi profectò equi, aliis de quibus S. Gregorius loquitur, dissimilimi erant, siquidem in comparatione illorum judicati potuissent ac si fuissent cerebro præditi: E contra verò nos ab his duobus equis valde discrepamus, aptotè qui aliis perfimiles sumus, si quidem in pari apud nos loco & pretio servus est, quo Dominus, & sicut domestica familiaritate iis contimur, qui nobis coæquales & pares sunt, ita quoque cum Deo id ipsum facimus, quod indecentissimum & pessimum est: atque ideo bene nos David monet: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.*

17. Matthæi cap. 8. de quodam scribitur qui sponte propria sese ad disciplinam & sequelam Christi consectandam ultro obtulit, dicens: *Magister, sequar te quoecunque ieris.* Dominus autem eum à se repellit, & ad alia mox se dixerit, dicens: *Vulpes foras habent, & volucres cali nidus: Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinat.* Quasi diceret: Tu mihi inutilis es, ubi quaesitum alium qui te recipiat, quia nolo te. Quid hoc est? Nunquid Judam qui pessimum est, recepit, cur igitur hunc non auditum, nec examinatum à se repellit? Existimo, Auditores, uni-

cam hujus repulsæ causam fuisse, quod præterderit ejusdem & æqualis cum Christo conditionis fieri, eique in omnibus paritari, adeò ut parum vel nihil inter ipsum & Christum differret, ac proinde dixit: *Sequar te non quoecunque volueris, sed quoecunque ieris.* Ita Palchalius Rabbertus ibidem lib. 5. in Bibl. vet. Patrum, part. 2. sect. 9. fol. 1016. col. 2. *Iste nec suam perpetuam mensuram, nec Christi considerat custodiam: ignorat quid vel quantum inter se & illum esset.* Et S. Petrus Chrytologus ibid. id ipsum confirmat, dum ait: *Dixisset cautius, sequar te, quoecunque ieris, quoecunque volueris, non quoecunque ieris: si dicit qui inter servum & Dominum quid inter se ignorat.* Verum, ô Auditores, quid de S. Petro dicemus? Hic enim memor promissionis in prima parte à me vobis data, respondebo, & causam alii assignabo, cur scilicet a Sacris Evangelistis hisce verbis: *Nesciebas quid diceret, et petreus casus fuerit, eo quod Magistrum suum ob tria tabernacula in monte Thabor fabricanda, interpellaret:* Et enim hic S. Apostolus tria tantum tabernacula erigere contendeat, ut scilicet in uno eorum simul commorarentur Moyses & Joannes: in alio Elias & Jacobus: in tertio denique Petrus cum suo Magistro. Volebat igitur S. Petrus in factis alius alius carnalis Christi cum eodem domestica libertate conversari, in eodem cum ipso tabernaculo commorando: *Ignorabat Petrus quid diceret, quia non oportebat tribus tria tabernacula facere, non enim connumerantur Domino famuli, nec comparantur Creatori Creatori,* inquit Titus Bostrensis in Cat. D. Thom. cap. 9. Luca, fol. 187. col. 3. lit. C.

18. Modum utique quo Deus hominem firmavit ex Scriptura perspectum habetis: Dicit enim Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Sed quid audio? *Faciamus?* Ergo ac Deus cum alio quodam Deo loquitur: sed cum quo? Hebraei qui Deum semper patrum suspexerunt, existimant Deum Angelos allocutum fuisse, id quod Manichæi quoque asserunt, quæ opinio jam dudum à S. Ambrosio refutata fuit, sed audite quam pulchro ad id usque sit argumento: si Deus cum Angelis locutus fuisset, inquit, sequeretur inde quod nimis se Angelis familiarem exhibuisset, sua nimirum cum eis agitando & deliberando consilia, quod ejus infinitæ Majestati indecorum fuisset, siquidem servi à suis principibus ad domesticam nunquam admittuntur familiaritatem: *Cui dicitur*

In vita  
eius 27.  
Maij.

